



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lvgdvni, 1659**

VIII. De attentione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

634 *Moralis Theologia Tract. V. Virtutes,*
processioni quis non interfuit; quia expressè prescribunt
in Rubrica; vnde improbo Neoterici docti alias, & enim
sententiam afferentis haud necessariò Litanias priuatim re-
citandas.

CAPUT VII.

Peccatum non recitandi.

45. **Q**uantum peccatum est semel totum Officium omittendu-
re? Mortale, sicut die præcepto non ieiunare; quia præ-
ceptum illud ex genere suo obligat ad mortale. Non ablen-
partem omittere. Mortale etiam est; quia grauis materia.

46. Partem Officij notabilem assigna. Quælibet Hora respe-
ctu totius Officij, cuiuslibet Horæ dimidium. Mautini qua-
tuor Psalmi longiores, vel tres Lectiones cum Responsoriis.
Hinc colligo tres Psalms breuiores, tres sine Responsoriis
lectiones materiam pariam esse, & eius omissionem culpa-
bilem tantum veniale futuram.

47. Erit ne multiplex peccatum, totum septem Horarum
Officium omittere? Vnicum quidem peccatum, sed grauius
vnius Horæ omissione; quia vnicum totius Officij præ-
cipuum est.

48. Quandonam hoc peccatum contrahitur ob Officij omis-
sionem? Tunc consummatur, quando quis non recitandi ani-
mum admittit. Sed si rem spectes, quando terminatur dies
nec subsist tempus recitationi. *Incipio ante diei terminum.* Si
duodecima exaudiatur Hora ante Officij terminationem
cum non multum subsist tempus recitandum, imples præceptum.
Quod si bona fide iudicasti tempus sufficiens adesse, et si sub
initium Officij dies terminetur, non peccasti, & præceptum
impleisti. *Duo sunt Horologia.* Segnus prius insonet, quam
terminatum iudices diem.

CAPUT VIII.

De Attentione.

49. **A**n ad recitationem Horarum interior requiratur?
Attention? Probabile est, necessariam non esse, modo in-
tentio ad sit orandi; quia Ecclesia internum actum non potest
præcipere.

recipere. Probabilius arbitror esse necessariam; quia Ecclesiarare præcipit, ad quod attentio necessaria est. Etsi autem rectè actum internum non possit præcipere, potest planè novi subest extero. Scio in quacunque sententia sufficien-
tiam esse attentionem vel ad Deum, vel ad sensum verborum vel ad ipsa verba; hæc enim quæ minor est; confusam inter-
num aliqualem attentionem includit.

50. Involuntariè à toto Officio attentionem auerti: an te-
naciterare? Minimè; (secus si voluntariè) quia exprimens
vocem præcepti substantiæ fecisti satis.

51. An inhibent attentionem externæ aliqua actiones, ab-
laudi scilicet induendi? Absque crimen lethali possunt cum
recitatione copulari; quia ex habitu ad huiusmodi actiones,
non impediunt notabiliter. Porro necessitas te, & à veniali
crimine liberaret.

CAPUT IX.

Tempus recitationis.

52. **Q**uoniam tempore Officii hora recitanda? Ut à mortali
peccato abstineas, sufficit' recitare à media nocte
vnius diei, usque ad medium noctem alterius, qui dies vnicus
naturalis est. Vti nec veniali foederis, & publicæ recitationi,
& priuatae tempus Horarum præscriptum est.

53. Qui hodie non recitat, debo ne crastina die supplere?
Non; quia diei onus, quemadmodum ieiunium.

54. Quodnam piaculum sit anteponere, aut postponere Ho-
rarum recitationem? Nullum ex causa; quia huiusmodi reci-
tatio nec quoad substantiam, nec quoad modum aliqua labo-
rat deformitate. Profectò moderata antepositio, aut postpo-
sitio v.gr. vnius aut duarum horarum, etiam sine causa & ex
confuetudine venialis non est. Si autem notabilis sit à veniali
non liberatur, suario auctore.

55. **Q**uanto tempore potest anteponi Matutinum? Scio San-
ctum infra citandum afferre ex aliquibus prima aut secunda
hora post meridiem posse sequentis diei Matutinum recitari
fine culpa mortali. Ego quidem, post diligenter Doctorum
recognita placita, assero quarta post meridiem hora, in modo ter-
tia cum dimidia, ad summum tertia posse iuste recitari; quia
vñius Romanus communisque Ecclesiæ mos suffragatur. Pro-
fectò omnis antepositio usque ad secundam horam cum di-
midia